Colera nigra duobus modis constat uno modo est naturalis
in modum fecis sanguinis et eiusdem perturbatus et cognoscitur
esse coloribus nigris cum in fundo est et supinus extra inflatur et
iste modus est veraciter frigidus et siccus. Est et alius
modus extra naturalem cursum et origo eius est ex adustione
colere commixtionis et naturaliter appellatur nigra. i. colera
nigra est et calidior et levior a superiori modo unus in se in
specie et qualitatem perceptibile v. [illegible].
Est synochus dicta putrefacto sanguine febris
Et putridum flegma dat febrem cottidianam.
Colera miscens febres generat triduanas.
Melancolia quartane predominatur.
Spiritus effimeram fit ea que est[?] [illegible] fibris.
Insuper miscet humores putrida febris.
Continuat quemvis sed non interpolat omnis.
Dum non sunt flores radicem sumere debes.
Herbas dum florent sumat qui sumere debent
Si legis hec sepe potis prenosticare.
Si frons tensa rubet nasus torquetur et albet.
Si fundunt oculi lacrimam perduntque pupillas.
Si frigent aures post hec obstentent quoque dentes.
Si que superalia defronte generant adyma.
Si que cadat mentum si sordat pectoris antrum.
Si sudor frontis tantum si sit oris.
Frigidus ardente fit signum mortis habere
Hec minus et casum urge mortis puto signum.
Et si sepe iacta pedum manuumque
Atque locum mutat sursum modo nuncque deorsum.
Hec minor esse mali reor egrum velle videri.
Sunt et signa boni que dant sperare timenti.
Que male dum superant morbum natura repellit.
Sudor toto qui de corpore defluit egri.
Vel plus multo qui manat corpore toto
Subveniente die que critica dicitur esse
Non quam diversos in morte resuscitat egros.
Dant que plerumque signum natura salubre.
Non veniat aegris moderata solutio ventris.
Ut leor aduenties capitis soluendo dolore